

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Sermo Ad Iuvenes , @Qvi sacris ordinibus iniciari, &  
examini se submittere petunt**

**Wimpfeling, Jakob**

**Argentorati, 1514**

**VD16 S 6012**

Celeberrimo facrae theologiae licenciato Iacobo Vuimphelingio Hicrony,  
Gebuilerius, S.D.

[urn:nbn:de:bsz:31-290147](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-290147)

Celeberrimo sacrae theologiae licenciato Iacobo  
Vuinphelingio Hierony. Gebuilerius, S.D.

Orationē illam Eboracēsis Cancellarij sacris ordinibus iniciandorū exhortatoriā, cū adiuncto epistolio tuo (dulcissime præceptor) nō sine maxio animi mei recreamento, crebrius pellegēdo reuoluī, illic quippe, si purgatas auras, & linceos adhibuerimus oculos, quales in diuinarū administrationē sacramentorū (omni vel odio, fauore aut cognatione semotis) admitti expediat, examinatores ipsi scitissime admonemur, discent & istic ordinari cupientes, ne illotis (vt aiunt) manibus, tam regale, tanq; arduū sacerdotale fastigiū aggredi psumant, verū in clericalē venturi sortē, a pueritia totius adulescentiæ & iuuentutis florē, virtutibus, p̄bis moribus, literis ac decenti corpis cultu exornēt, quo cōtinuata recte viuendi exercitatione, consuetudo quædā (quam habitū aiunt) suborta, nec virilē deserat ætatē. bonum (vates iquit) est viro, si portauerit iugū dñi ab adulescētia sua. quid, precor, aliud hoc iugo significat, quā studiosa, & exēplaris vita, qua scilicet ne dū homo intra se pficit, verū & p̄xius edificat, quod iugum, & si primo cōgressu laboriosissimū sit, suauitatē nihilosecius redolet iucundissimā, virtute quidē nihil dulci⁹, nihil p̄ciosius, nil deniq; optabilius, hæc nanq; sola diuificat, Heroas procreat, ac immortales homīes reddit. Cuius dulcedinē nec pessimus quisq; nō appetit. nam cū omne bonū appetibile, itē virtus bonū sit, & ipsam appeti cōgruit, tale iugū quanq; christianos deceat oēs, clericos tñ, & sacris iniciādos veluti diuinæ sortis ascriptitios præcipue cōcernit, Hi quidem in ecclesiæ dei ministros electi, si quid pro humane fragilitatis imbecillitate liberius deliquerint, graui⁹ ob

Habitus

Quid p̄  
iugū dñi  
significet

Virt⁹ la  
boriosa.

Virtutis  
effectus.

Iuuenal.

Christus  
in euang.  
gelio.

proximi scandalum peccant. Nam vt Iuuenalis cecinit,  
Ome animi vitiū tanto cōspecti<sup>o</sup> in se crimē habet, quā  
to qui peccat maior habetur. In hosce Christus Saluator  
noster horrendo inuehit verbo, Melius (dicens) esset illi,  
vt suspendere<sup>t</sup> mola asinaria in collū eius, & demergere  
tur in profundū maris. Quocirca sacerdotali decuria a  
scribi petentes, perpetuā honesta cōuersationis gerant  
cūrā, quā nisi multo sudore, ac exercitio a iuuetute indu  
xerint, viri raro, aut vix adipiscenē, Horatio siquidē au  
thore, Sincerū est nisi vas quodcunq; infundis acescit,  
Et mox subinfert, Quo semel est imbuta recens ser  
uabit odorem Testa diu.

Horatius  
ep̄la ij. li.  
primi.

Obijcies fortassis quosdam  
nondū clericos, fuisse insolētissimos, verū sacerdotali cō  
scriptos albo, pudicitia, castitatis, sobrietatis, ceterarūq;  
virtutū extitisse obseruātissimos, non diffiteor, id tamen  
haud vulgari sancti Pneumatis opus non oibus speran  
dum dixi, quocirca hallucinant, qui optimas iuuetutis,  
& adulescētia suā horulas male collocantes, segniciei,  
gula, torpori, ludo, Veneri, aut ceteris mūdi vanitatib<sup>9</sup>,  
neglecta minerua, in seruiēres, tandē spiritu, nescio quo  
impulsi, sacris iniciari anhelātes, quēpiam p̄ceptorū mer  
cant, cuius auspicio in vnus, duorū aut triū mensū spa  
cio, veluti aethnæis fornacibus Cyclopū elimati, mani  
bus dedolari, erudiri, ac expoliri possint. Libuit in tales  
cū Lucretio exclamare. O stultas hoīm mētes, o pectora  
caeca. Quare ordinādi sepius Dathan, Chore, & Aby  
ron interitus secū repetāt, quod cū indigni sacrificare p̄  
sumpserint, viui absorpti sint. Studeāt p̄terea per ostiū,  
& nō aliunde istud ouile ingredi, nā qui aliunde, & non  
per ostiū intrat, fur est, & latro, Per ostiū intrant, qui or  
dinari cupiētes, nec suo, nec aliōz studio, examinatores  
precibus, minis, muneribus, aut quouis alio pacto, mul

Lucreti<sup>9</sup>.

Dathan  
chore &  
Abyron.

in istis  
libris  
ostendit

tere, terrere, corrumpere, seu a recti iudicij tramite flectere  
conant. Latentia impedimēta ceu sunt nataliū, & ætatis  
defectus, membroꝝ deformitas, lepra, Hercules mor-  
bus, homicidiū, infamia, coniugiū, bigamia, seruitus, &  
cætera id genus, quibus a sacris ordinibus ex canonū sta-  
tutis repellunt, non celant qui titulo sufficienti, & qui-  
dem nō simoniace adepto prouisi comparent. Dij boni,  
quanta fraus? quot doli, quæ piuria? quot simoniaci cō-  
tractus? in hoc titulorū aucupio timēdi? videant quorū  
interest, iudices examinis decipere potes, deū vero cor-  
da, & renes scrutantē falles nequaquā. consciētia tua mil-  
le testes, dies ac noctes te crucia bit, animū tuū veluti Ti-  
cyanū iecur, perpetuo vulturis morſu impetitū corrodet  
Sciscitabat Agrippina Neronis mater super prolis fato  
Mathematicos, qui ipm aliquādo imperaturū responde-  
runt, verū cum maxio matris incōmodo. subiunxit A-  
grippina, modo imperet? O stultā mulierē Horeſte inſa-  
niorē, quæ mori non abhorret, modo filius domineſt. Ti-  
meo nec hodie huiusmodi deesse parentes, qui vt filios  
suos citius in sacerdotali fastigio cernant, vel superbia,  
vel auaricia ducti, quo iure, quaq; iniuria, beneficijs, nu-  
merata pecunia pēſionibus etiā sine apostolica sedis in-  
dulto redemptis, prouidēt, defectus subtrahēt, ac interdū  
debitā ætatem nō sine maxima animarū suarū pernicie  
mentiunt. In qua re, tum ordinandi, tum examinatores  
cautius pſpicere tenent. Restat & temera quorundā ob-  
seruanda stoliditas, qui Romanas vix balbutientes lites  
ras, Grammatices indocti, presbyteratus ordine insigniri  
presumūt, nec simplici sacerdotio contenti, etiā curatas  
ecclesias, vel populosas assumere, illas regere, cōcionari,  
reatus subditoꝝ audire, sacramēta ministrare nō erubescunt.  
Hi cum scripturas intelligentiā habeant nullā,

C iij

Impedi

mēta or-  
dinum

oibꝝ

Agryp

pina Ne

ronis ma

ter.

Agryp

pina Ne

ronis ma

ter.

Pensio

nū redē

ptores.

Indo

cti

curati.

Notent

indocti

curati.

curati.

quo pacto inter lepram, & lepram discernent, oēs indistinctim absoluti, nihil differentiae inter reseruos & non reseruos casus habentes. De restitutionibus precor a subditis consulti qd respondebunt. Hinc abominabilis animarum perditio, hinc totius cleri cōtemptus suboritur. vnus quidē culpa in multos etiā innocētes diffunditur. quo circa, ordinari cupientes, exhortamur, ac per misericordiae dei nostri viscera obsecramus, nisi Grammatices fundamēta perfecte iecerint, nisi scripturas sobrie intelligere, intellectas alijs interpretari, vitæ q̄ sanctimonía p̄esse possint, sacris iniciari, curandarūq; animarum regimē subire cōtendant minime. p̄cibebat Salominius ille Solon, Cum primū didiceris regi, tūc regito. nam rector populi pri⁹ se quā populū rectificare debet, alioqui erit velut is, qui curuā vmbra rectificare voluerit prius quā virga vmbra curuā faciens recta fiat. Dic Sodes, quo pacto alios reget, qui nihil literarū, & morū didicerit, & hodie literarū indoctissimus discere erubescit, e pumice certo aquā, aut ab asino lanā postulabunt illi⁹ doctrina imbui sperātes. Nemo igit̄ sacrarū literarū ignarus ordinari p̄sumat, sacras appello literas, quibus Romana ecclesia in diuinis vtitur officijs, quales sunt epistolæ Pauli, Euāgelia, Collectæ, Hymni, Sequentiæ & cætera id genus Politiorē tamen Aethnicorū, & poetarū, & Historiographorū latinitatē approbo, dū modo illi citra sacrarū literarū intellectus contemptū incūbas fertur diuū Hieronymū ante tribunal Christi, non quod Ciceronē ceterosq; legisset Aethnicos, verū quia nimis quod ecclesiae debuerat distulit vapulasse. Sunt profecto hec artes meretriceae nimis nōnunq; legentē remorantes, & nisi sobrius lector adfuerit, plus veneni, quam mellis clanculū suffundunt. Quare huic toxico sacro

Quæ do-  
ctrinacu-  
ratos de-  
ceat.

Solonis  
dictum.

Adagiū.

Poetas  
nō negil-  
gendos.

Hierony-  
mi casti-  
gatio,

sancti Lateranense concilio, sancti Spiritus impulsu p  
cul dubio in vrbe Roma, Sanctissimo in Christo patre,  
ac dño nostro, dño Leone Papa decimo, illi presidente  
celebratū, medicari deliberās, philosophiā, ac poesi par  
cius, & citra christiana religionis iacturā, maturius san  
cinit in cumbendū, cuius decreti bullae in octaua sessio  
ne iam dudum lectae tenorē, huic nostrae subnectendum  
duximus epistolae. Accuratius igit ordines adituri pro  
spiciant quo competentē suo cū ordini, tum sacerdotio  
doctrinā adepti, honesta cōuersatione ceterisq; ad hunc  
statum necessarijs praefato sermone copiose diuulgatis,  
non deficiāt, ne rationē negociationis suae altissimo red  
dituri talentū sibi creditū, nullo cum foenore afferentes,  
ignominiose ligatis manibus, & pedibus in gehenne iz  
gnis tenebras eiciant, quod si quid incultius ex hoc no  
stro epistolio colēdissime praceptor proditū sit tuae cen  
sure, emaculandum, & corrigendum subiicimus, Vale  
ex aedibus nostris, x. die Septēbris Anno M. D. XIII.

Poeta gentilis.  
**Semper pauper eris, si pauper es Emiliane.**  
Nullis dantur opes nunc, nisi diuitibus.  
Alludit poeta christianus.  
**Mos est praelatis, praebendas non dare gratis.**  
Ast bene nūmatis, vel eorum sanguine natis.

Quod  
vult  
vult  
vult

an  
an

an

Poeta  
no  
no

no  
no  
no